

ras, aniles, atque ridiculas. *Hic tibi solaris verum medicarum spiritus sit lapis lapidum omnium pretiosissimus: hic Ramus ille vere aureus; hoc Balsamum caeleste: hac aurea illa Mala, ex floridis Hesperidum hortis decerpta: usq; dum divina benignitate, ad altiora Hermetica scientia conscendere detur sagia.*

PALLAD. Dignum profecto homine solerte est, in abstrusis elaborare plurimum. Laudandi igitur sunt, quicunque abstrusissimum hunc thesaurum, nocturna, diurna que quaerunt industria; & sedulo aurivorum (auriferum dicere volui) exercent artificium.

SYLVIVS. Sed paveos tanto dignantur munere Divi: ut canit Palingenius.

Lapidis  
auriferi,  
aetherii  
materia  
pseudochry-  
mistis et-  
iamnum  
ignota.

THEOD. Abutuntur arte nostra, qui tantis sumptibus, & conatibus illam tincturam Metallorum preciosissimam, & benedictissimam, ut vocant, quaerunt; Cum vera etiamnum ab ipsis ignoretur materia, ex qua effingi, aut confici illa debeat. Plura nunc de hisce vanitatibus, & ineptiis ex te audire cupio, Apolloni.

APOL. *O fatuas hominum mentes! O pectora caca!*

*Quod Regum plebi polliceantur opes.*

*Heu quantas miseri, fugitivum mente sinistra.*

*Quarentes lapidem, dilapidamus opes!*

AUREL. Tacete dictum: Poëtaris, & fortasse ludis, Apolloni: Nostin abusum non tollere verum rei usum: Et artificum vitia, & ignorantiam, ipsis artibus non esse imputanda. Noli igitur artem ipsam versu arroderere; aut si istuc sive imprudens, sive impudens feceris; hoc à me accipies dictum:

*Ignorans artem, dente artem rodit, & odit.*

PALLAD. *Sed quæ, Natura scrutans mysteria verum.*

*Et arte hac sapiens commoda ferre potest:*

APOL. *Dulcia, læta animis, immo aurea somnia portat:*

*Nulli divitias hæcenus illa dedit,*

*Spebus alit, nil rebus agit: tu mentis honestas*

*Quare voluptates; respue divitias:*

*Has cape delicias: quod vulgus captat, & optat,*

*Sublimi immensum despice mente lucrum.*

*Cumq; voluptates commendet rarior usus:*

*His parce aureolis utere delicijs.*

THEOD. De arte hac carbonatorum, & ciniflonum volcaniorum, deq; illo non Hermetico, sed poetico lapide, Lappam maiorem metallicorum philosophorum, in Hortulo Medico, si lubet, consulere poteris.

SYL.